R. P. F.

LUCII FERRARIS
PROMTA BIBLIOTHECA
HODIE ETIAM
JURIS HISPANI.

TOM. I.

R. P. F.
LUCII FERRARIS
SOLER-ALEXANDRINI,
ORDINIS MINOR. REGUL. OBSERV. S. P. FRANCISCI,
PROMTA BIBLIOTHECA
CANONICA, JURIDICA, MORALIS, THEOLOGICA
NECNON
ASCETICA, POLEMICA, RUBRICISTICA, HISTORICA
(JURIS HISPANICI HODIE ETIAM VOCABITUR)

DE PRINCIPALIORIBUS, ET FERE OMNIBUS, QUÆ IN DIES OCCURRUNT, NEC PENES OMNES FACILE, AC PROMTE REPERIRI POSSUNT,

EX UTROQUE JURE, PONTIFICIIS CONSTITUTIONIBUS, CONCILIIS, SACRARUM CONGREGATIONUM DECRETIS, SACRÆ ROMANÆ ROTÆ DECISIONIBUS, AC PROBATISSIMIS ET SELECTISSIMIS AUCTORIBUS

ACCURATE COLLECTA, ADAUCTA, IN UNUM REDACTA, ET ORDINE ALPHABETICO CONGESTA,

AC IN DECEM TOMOS DISTRIBUTA.

In hac editione, prima hispana non solum Additiones legales, jam antea publicatæ accedunt, verum etiam leges, Auctoris doctrinam astruentes, permultaque aliæ adnotationes, eisdem decisionibus insistentes, numquam antea editæ:

OPERA, AC STUDIO ID TOTUM ELABORATUM

L. D. FRANCISCI MARIÆ VALLARNA

MADRIDENSIS COLLEGII ADVOCATORUM ALUMNI.

TOMUS PRIMUS.
A-B

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA

SUPERIORUM PERMISSU.
MATRITI: EX TYPOGRAPHIA REGIA.
MDCCLXXXVI.
Sumtibus Regiæ Typographorum, & Bibliopolarum Societatis.

SERENISSIMA, ET SACRATISSIMA
CŒLORUM
IMPERATRIX.

QUIS dubitat, quin veſtræ Dominationi jure merito debeatur, laborem noviſſime hic inverſum veſtris ſub auſpiciis in lucem prodire? Primi Tomi hujus Bibliothecæ

SANCTISSIMÆ, AUGUSTISSIMÆ,
AC INCOMPREHENSIBILISSIMÆ
TRINITATI,
PATRI, FILIO, ET SPIRITUI SANCTO,
Uni in Subſtantia, Trino in Perſonis,

Fuere à P. Lucio Ferraris ex voto ſacrati: Catholicæ Eccleſiæ, atque Apoſtolicæ Univerſali Paſtori, infallibilis Fidei Magiſtro, Summo Pontifici, qui pro Deo in terris eſt, & totius vices ſubſtinet TRINITATIS, *ceteri fuerunt ex veneratione dicati: Hiſpaniarum Additionum parvus Codex, per me non ſolum elaboratus, ultimamque an.* 1783. *in lucem editus, Sereniſſimo Aſturicenſi noſtro Principi, ex veneratione, &*

* ſub-

ABBAS.

SUMMARIUM.

1 *Abbas quid significet.*
2 *Abbates alii sunt Seculares, alii Regulares.*
3 *Seculares sunt in quadruplici differentia*, ad num. 7.
8 *Regulares in triplici*, ad num. 11.
12 *Abbates Benedicti à quo debeant recipere benedictionem.*
13 *Si transferantur ad aliam Abbatiam, an indigeant alia benedictione.*
14 *Ista benedictio an sit de essentia, ut Abbates Regulares possint liberè, & licitè facere, & exercere omnia, quæ sunt ordinis, & sui officii*, ad n. 19.
20 *Abbates Ecclesiæ secularis, & exemtæ, ac Sedi Apostolicæ immediatè subjectæ usum mitræ habentes, an possint absente Episcopo suos Canonicos assumere ad sibi assistendum, & eamdem in eos jurisdictionem exercere, quam Episcopus exercet in suos.*
21 *Abbates, & alii quicumque, quantumvis exemti, an possint cuiquam, qui Regularis sibi subditus non sit, tonsuram, & minores ordines conferre*, ad n. 23.
24 *Abbates an possint suis subditis secularibus literas dimissorias ad Ordines suscipiendos concedere*, ad num. 26.
27. *An indicere concursum pro Parochialibus Ecclesiis vacantibus*, ad num. 28.
29 *An gaudeant facultate dispensandi, & absolvendi, concessa Episcopis à Tridentino*, remissivè.
30 *Quoad usum Pontificalium, & quoad Benedictiones, Indulgentias, & alia, quam formam servare teneantur*, ad num. 31.
32 *Abbas exemtus an possit ab Episcopo excommunicari.*
33 *Abbati Regulari an concedi soleat indultum consecrandi Ecclesias noviter ædificatas.*
34 *Abbas, & Abbatia S. Eliæ* Terræ Carbonis *non est* Nullius.
35 *Subnectuntur supplementa Auctoris*, ad num. 47.
48 *Item alia additamenta ex aliena manu*, post num. 69.

1 Abbas in hebræo, seu syro vocabulo, idem est, & significat, quòd in latino *Pater*: *c. fin. de Regul.* Gloss. *in Clem. 1. de resc.* S. Aug. *ep.* 177. S. Hier. & S. Thom. *in ep. ad Galatas c.* 4. Liranus *in ead. epist. & eod. cap.* & passim alii. Abbates autem alii sunt Seculares, & alii
2 sunt Regulares, *ut in cap.* Transmissa, *ubi gloss. verb.* Abbates, *de renunt.* & in c. Cum ad monasterium *de stat. Monach. Leg.* 2. & 16. *tit.* 7. *part.* 1. *Leg.* 1. *tit.* 6. *lib.* 1. *Recop. Auct. Accord.* 3. *ejusd.* Abbates seculares sunt illi, qui habent beneficia ecclesiastica cum titulo Abbatiæ: *cap.* Cum de beneficio, *ubi gloss. in fin. de Præbend. in* 6. & isti sunt in quadruplici differentia. Quidam sunt, qui non solùm jurisdictionem habent in subditos, sed etiam pontificalia insignia gestant quasi Episcopi. Quidam sunt qui licèt Abbatialem dignitatem habeant, non habent tamen episcopalem jurisdictionem, nec utuntur insigniis episcopalibus. Quidam sunt, qui in quibusdam Cathedralibus Ecclesiis in Choro, & Comitiis digniorem locum obtinent, ex quo suppressis, vel destructis Collegialibus, aut Conventualibus Ecclesiis, quibus præerant tamquam primæ dignitates, in Cathedrales transierunt cum titulo Abbatum, & privilegio præcedentiæ in Choro, & Comitiis. Quidam ultimò sunt, qui solùm habent Abbatias in Commendam, & non in Titulum, & nec isti Abbates Commendatarii possunt uti habitu, & insigniis episcopalibus; *ex decreto Sacr. Congreg.* 1593. 27. *Octob.* exceptis Commendatariis B. Mariæ Farfensis, & S. Salvatoris ex concessione Urbani VIII. *constit. incip.* Romanus Pontifex *die* 18. *Nov.* 1628.

3
4
5
6
7

Abbates Regulares qui sunt verè Prælati, & appellatione Prælatorum in sacris canonibus veniunt, *ut colligitur ex c.* Decernimus *de jud.*, & *c.* Præsenti *de offic. Ord. in* 6. & *cap.* Ut Apostolicæ *de privil. in* 6. sunt in triplici differentia. Quidam sunt, qui nedum habent sub se Regulares subditos, sed insuper habent territorium proprium, in quo episcopalem jurisdictionem, & aliquando etiam temporalem exercent, ut sunt Abbates Cassinenses, Abbates S. Mariæ Tremitanæ Insulæ Congregationis Lateranensis, & alii hujusmodi. Quidam sunt, qui sub se habent tantummodò Regulares subditos, quibus præsunt, *juxta textum in cap.* Cum ad monasterium *vers.* Abbas vero, & *cap.* In singulis *de stat. Monach.* ut sunt Abbates Lateranenses, S. Benedicti, & alii, qui ex privilegio utuntur pontificalibus insigniis. Quidam tandem sunt Abbates solo nomine, seu Titulares, qui actu nullos subditos habent, vel quia forsassè Monachi locum reliquerunt, vel quia monasterium est alio translatum, vel quia est alicui seculari Clerico in Commendam traditum, *ut advertit* Abbas *consil.* 101. *in quæst.* n. 1. *vers.* Nam Papa, *lib.* 1. Card. Tusch. *tom.* 1. *lit. A. conclus.* 3. *num.* 21. Tambur. *de Jur. Abbat. tom.* 1. *disput.* 3. *quæst.* 1. & alii. ☉

8
9
10
11

Ab-

☉ Eisdem scilicet Abbatibus, quomodolibet sumtis, ad suorum officii ingressum, res ecclesiæ, aut monasterii recipere volentibus, non aliter quam Episcopis, inest, debita cum solemnitate inventarium conficere. (1)

(1) *L.* 6. *tit.* 2. *lib.* 1. *Recop*, Porque somos tenudos de honrar la Santa Madre Iglesia sobre todas las cosas del

R. P. F.

LUCII FERRARIS

SOLER-ALEXANDRINI,

ORDINIS MINOR. REGUL. OBSERV. S. P. FRANCISCI,

PROMTA BIBLIOTHECA

CANONICA, JURIDICA, MORALIS, THEOLOGICA

NECNON

ASCETICA, POLEMICA, RUBRICISTICA, HISTORICA

(JURIS HISPANICI HODIE ETIAM VOCABITUR)

DE PRINCIPALIORIBUS, ET FERE OMNIBUS, QUÆ IN DIES OCCURRUNT, NEC PENES OMNES FACILE, AC PROMTE REPERIRI POSSUNT,

EX UTROQUE JURE, PONTIFICIIS CONSTITUTIONIBUS, CONCILIIS, SACRARUM CONGREGATIONUM DECRETIS, SACRÆ ROMANÆ ROTÆ DECISIONIBUS, AC PROBATISSIMIS ET SELECTISSIMIS AUCTORIBUS

ACCURATE COLLECTA, ADAUCTA, IN UNUM REDACTA, ET ORDINE ALPHABETICO CONGESTA,

AC IN DECEM TOMOS DISTRIBUTA.

In hac editione, prima hispana non solum Additiones legales, jam antea publicatæ accedunt, verum etiam leges, Auctoris doctrinam astruentes, permultæque aliæ adnotationes, eisdem decisionibus insistentes, nunquam antea editæ:

OPERA, AC STUDIO ID TOTUM ELABORATUM

L. D. FRANCISCI MARIÆ VALLARNA

MADRIDENSIS COLLEGII ADVOCATORUM ALUMNI.

TOMUS SECUNDUS.

C

SUPERIORUM PERMISSU.

MATRITI: EX TYPOGRAPHIA REGIA.

MDCCLXXXVI.

Sumtibus Regiæ Typographorum, & Bibliopolarum Societatis.

CADAVERA.

SUMMARIUM.

1 *Cadavera ubi nequeant sepeliri*, ad n. 4.
5 *Cadavera pauperum fidelium*, ad n. 6.
7 *Jus sepulturæ quid importet.*
8 *Quot sint jura Parochorum circa defunctorum cadavera*, ad n. 9.
10 *Quæ vero Regularium*, ad n. 11.
12 *Cadavera quando possint deferri, sepeliri, vel transferri*, ad n. 14.
15 *Quando solvatur gabella, pro illis vel non.*
16 *Cadavera quando, quomodo, ac de cujus facultate exhumari possint, vel non*, ad n. 22.
23 *An liceat cadavera cum ululatibus &c. associare ad ecclesiam*, ad n. 24.
25 *Cadavera excommunicatorum quando exhumanda, & quando non*, ad n. 29.
30 *Subnectuntur supplementa Auctoris*, ad n. 70.
71 *Additionis ex aliena manu*, ad n. 75.
76 *Novissime inseruntur*, ad n. 89.

1 Cadavera nequeunt sepeliri, aut reponi
sub altaribus, neque sub gradibus eorum, aut bradellis; Sac. Cong. Episcop.
& Regul. *in Interamnensi* 14. *Septemb.*
1593. *in una Tremularen.* 8. *Febr.* 1595.
2 *& in Messanens.* 2. *Maji* 1601. Et si
contra hujusmodi prohibitionem sepulturæ ibi reperiantur constructæ, non debet in illo altari celebrari, donec cadavera alio transferantur, ut declaravit ead. Sac. Congr. *in una Tranen.* 10.
Novemb. 1599.
3 Cadaverum capsæ, deposita, seu conditoria in ecclesiis super terram existentia debent omnino amoveri, &
cadavera defunctorum in tumbis profundis intra terram
collocari, S. Pius V. in constitut. 5. *incip.* Cum primum.
4 Non comprehenduntur tamen sub hac prohibitione monumenta marmorea muris, seu columnis adhærentia, præsertim amotis cadaveribus à locis altis, quia hæc nullam indecentiam, immo magnum ornamentum afferunt; Sac.
Cong. Episcop. Regular. *in una Mantuana* 13. *Octob.*
1579.
5 Cadavera pauperum fidelium gratis omnino tumulari,
& sepulturæ tradi debent; Sac. Cong. Episcop. & Regul.
in una Cassanen. 4. *Maii* 1617. Clemens IX. in constit.
6 38. *incipient.* In excelsa. Nec ad extorquendam, aut
emendicandam à vicinis, vel affinibus eleemosynam pu-
7 blice possunt exponi; Clem. IX. *ibidem.* Nec prohiberi
potest, ne cadaver sepeliatur occasione Juris sepulturæ,
cum nulla ratio patiatur, christianæque pietati repugnans
videatur, maxime vero ob pecuniarum interesse cadaver
insepultum remanere; Sac. Cong. Episcop. & Regul. *in
una Crotonien.* 17. *Septemb.* 1617.

Cadavera decedentium in parochia, ad cujus eccle- 8
siam capitulum cathedralis ecclesiæ translatum est, non
possunt levari per ipsum capitulum, seu canonicos, nisi
requisito Parocho dictæ ecclesiæ; Sacr. Congr. Rit. *in
Tiberina* 18. *Augusti* 1629. Cadavera defunctorum le-
vare de domo propria nullo modo licet Regularibus, & 9
Presbyteris secularibus, nisi de licentia, & consensu
proprii Parochi; Sac. Congreg. Rit. *in Andrien.* 28. *No-
vembris* 1631. *in respons. ad* 1. Vocato tamen Parocho, 10
& ipso renuente intervenire, vel alterum mittere, tunc
possunt Regulares absque Parocho deferre cadavera in
eorum ecclesiis sepelienda; Congreg. Rit. *in Senogal-
lien.* 22. *Junii* 1675. *in responsione ad textum* his ver-
bis: *Ad textum Sac. Congregat. respondit*: »Vocato
»Parocho, & ipso renuente intervenire, vel alterum mit-
»tere, tunc Regularibus licere absque Parocho deferre
»cadavera in eorum ecclesiis sepelienda.« Et sic in ter-
minis fuit iterum decisum ab eadem Sacr. Congreg. *ad
instantiam Ordinis Minor. de Observantia S. P. Fran-
cisci die* 13. *Julii* 1675. Et sic jam fuerat decisum à Sac.
Congreg. Episcop. & Regul. 14. *Januar.* 1639. quod de-
cretum fuit confirmatum ab Alexand. VII. 30. *Aprilis*
1660. in Constit. *incip.* Alias pro parte.
Cadaver illius, qui elegit sepulturam apud Regula- 11
res, est restituendum eis simul cum oblationibus, si fue-
rit sepultum in cathedrali; Sac. Congreg. Rit. *in Bitun-
tina* 21. *Jul.* 1607. Sac. Congreg. Episcop. & Regul. 12.
Martii 1660. *in una Calaritana*, contra Capitulum il-
lius Metropolitanæ, cui mandavit restitui Minoribus de
observantia cadaver in sua metropolitana sepultum, ibi;
»Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardi-
»nalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, &
»Regularium præposita, attentis narratis, reque, parti-
»bus tam verbo, quam scripto informantibus auditis Emi-
»nentissimo Sanctacrucio referente, diligenter, ac mature
»examinata, & discussa, censuit cadaver, de quo agi-
»tur, restituendum esse, prout una cum funerali pompa
»restitui mandat, & præcipit Sanctæ Mariæ Jesu Fra-
»trum Minorum Observantiæ Sancti Francisci.« Quod
decretum fuit ad literam confirmatum ab Alexandro VII.
die 30. *Aprilis* 1660. in constitut. *incipient.* Alias pro
parte, & sic Sac. Congreg. Conc. 27. *Junii* 1680. *in una
Alexandrina restitutionis cadaveris* decrevit esse resti-
tuendum cadaver sepultum in ecclesia cathedrali à Capi-
tulo Fratribus Discalceatis Carmelitis, una cum oblatio-
nibus, stante electione facta sepulturæ: Apud Petram
tom. 2. *Comment. ad constit.* 3. *Cælestini III. sect.* 1.
n. 19. & idem statuit Sacr. Congr. Conc. *in Sorana* 24.
April. 1723. apud Ursayam *tom.* 7. *part.* 2. *discep.* 24.
sub num. 69. 70. 71.
Cadavera defunctorum deferri possunt ad ecclesiam 12
pro beneplacito suorum, non tamen sepeliri, nisi post
competens temporis spatium, Sacr. Cong. Episcop. & Re-